


143.

*OMEN VIRIDITATIS*  
LAURU PHILosophica  
*VIRI*  
*Nobilissimi atq; Clarissimi*  
**Dn. FRIDERICI**  
**PROZENII,**  
SCHOLÆ FRANCOFURTANÆ  
**CON-RECTORIS**  
*FIDELISSIMI,*  
**PRÆCEPTORIS olim SUI,**  
agnoscit  
&  
in argumentum variæ gratulationis  
Die XX. Junii, Styl. Nov.  
Anno reparatæ per CHRISTUM Salutis  
M DC LXXXVI.  
GYMNASIO ZITTAVIENSI  
transmittit  
**COELESTINUS Hoffmann**  
de Breiffenpfeil / Junior.



Francofurti ad Viadrum  
Typis excusum à JOHANNE COEPSELIO, Academ. Typogr.



**G**ratulor de Lauro,  
postquam Lauro dignum Te judicat Sedulitas.  
Omnia Tibi sint viridia,  
per quem viget viridis Juventus :  
ut honoris omen  
simul sit laboris brabeum.  
Virent, quibus profuisti:  
Nunc intelligent, quantum Tibi prospicit Viriditas.  
Erunt, qui per Te virere velint imposterum;  
Spes impleri nequit, nisi virescas ipse.  
Neque miraberis,  
nihil a Me dici posse, quod non sit viride :  
Sic solent, qui gratulantur Benefactoribus.  
Viridia perceperunt, Viridia libenter reddunt.  
Ac reddere profecto videntur,  
si precibus efficaciam habituris intercedant.  
Sed alia simul subest ratio ,  
quod eloqui libet viridia.  
Rarum Viriditas est sine fructu.  
Laurus ipsa commendatur baccis,  
ac viridis hic honor inter suas Laurus,  
frustra non desiderabit aliam maturitatem.  
**Virere**

Virere potui sub Té

PRÆCEPTORE:

Nunc, ut sub aliis floream, exopto,  
ne tandem meus mihi Autumnus nihil fructificet.

Et in his qvidem floribus

aliquā simul video,

qvæ Tuam adhuc Dexteritatem testantur.

Qui surculum colit, jam prodest Arbori :

Nam Arborem non miraretur Hortulanus,

misi qvis cogitasset de Surculo.

Inde gratum Mihi semper erit Tui meminisse,  
qvippe qvcd memoria futura est viridis.

Nec ingratum Tibi esse poterit,  
si respicias ad meam in amando Constantiam,

si qvidem Constantiae signum est Viriditas.

Precor autem, velit DEUS largiri salutem,

nullibi marcescentem,

nullibi non viridianem.

Dignos enim geris Labores, qui vireant,

Dignos, qui perveniant ad virentes.

Ipse Viriditatis Creator,

qui Lauro non ultimam indulxit Viriditatem,

Animo nunc injiciat folia Perennitatis,

Corpori folia Sanitatis,

Actionibus folia Prosperitatis;

Nempe singulorum signa continet Viriditas.

Aituat

Alluat viridem hunc successum Viadrus,  
Ut , dum fœcundantur pascua,  
dum feliciter rigantur Campi,  
Tuis qvoqve rebus ea faveat Bonitas,  
qvæ Laurum referat ripis implantatam.

Cæterum

Audire nunc juvabit viridia ,  
donec Viriditatis Spectator  
testari queam sive lætitiam, sive gratulationem.  
Semper enim dulce est, virentibus Præceptoribus  
Laurum convertere in Smaragdos,

h. e.

Lætitiæ causas in preces,  
qvas qvidem offero  
puras, sinceras , indefessas ;  
Vel, si qvid valebit aliquando mea Viriditas,  
Tuis commodis destinatas.  
Ita nunc juvet, gratulari de Lauro:  
Olim juvabit esse gratulatum.

VALE ET VIRE.

